

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 1: De personarum uarietate Caput 3: De eucharistia (2)

Idem (Gregorius), in *Dialogis*:

Quis fidelium habere dubium
possit, in ipsa immolationis hora ad
sacerdotis uocem caelos aperiri,
in illo Iesu Christi mysterio Angelorum
choros adesse, summis ima sociari,
terrena coelestibus iungi, unum
quoddam ex uisibilibus et inuisibilibus
fieri? Sed necesse est, cum
haec agimus, nosmetipsos Deo
in cordis contritione mactemus.

Quis enim fidelium habere dubium
possit ipsa immolationis hora ad
sacerdotis uocem caelos aperiri,
in illo Iesu Christi mysterio angelorum
choros adesse, summis ima sociari,
terram caelestibus iungi, unum
quid ex uisibilibus atque inuisibilibus
fieri? Sed necesse est ut, cum
hoc agimus, nosmetipsos Deo
in cordis contritione mactemus,
quia qui passionis dominicae mysteria
celebramus, debemus imitari quod
agimus.

Gregorius Magnus, *Dialogorum libri*
IV., 4.60-61 (SC 265, A. de Vogüé ed.,
p.202, ll.20-24, 1-4).